

De in hys

SERMO

XXVI

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui erigit primo mane
 aduocare operarios in vineam suam. **Matth. xx.** In sacra dominica se-
 ptuagesime triplex similitudo proponit nobis seculi laborantium in vi-
 nea: currentium in stadio et pugnantium in agone. **Q**uod est quod hac
 nocte recolitis ecclesia quod expulsi sunt adam de paradiso et in hac valle
 miserie piecit. **E**n qui constitutus est ei laborare currere et pugnare. **P**
 rimo mandatum est ei laborare ut labore manuum suarum manducet. **Geni-**
iii. **M**aledicta terra in opere tuo. **I**n labore comedes ex ea. **E**t rursum
In sudore vultus tui vesceris. **Job. v.** **H**omo nascitur ad laborem. **L**a-
 borandum est quod quia merces est magna et fructus gloriosus. **Sap. ii.** **B**o-
 norum laborum gloriosus est fructus. **S**ecundo mandatum est ei currere. ut
 per velocem cursum brauium civitatis sue quod perdidit recuperet. **1. cor. ix.** **S**ic
 currite ut non prehabeatis. **C**urrendum est quod quia brauium currenti et non stanti confer-
 ritur. **T**ercio mandatum est ei pugnare ut per victoriam inimicorum civitatem
 suam recipiat. **Job. vij.** **M**ilitia est vita hominis super terram. **P**ugnandum est quod
 quia solum victores coronantur. **1. Thim. ij.** **N**emo coram nisi qui lecerit. **D**e primo
 agit in hoc evangelio **D**e duobus secundis in epistola. **A**git enim in hoc evan-
 gelio de laborantibus in vinea ecclesie et penitentibus. **I**n quo quidem
 evangelio quatuor continentur. **P**rimum ibi sub quadam similitudine divine
 bonitatis magnitudo demonstrat ex operum aduocatione in principio
 evangelij. **S**ecundo humane pigritie oculi redarguit in otiosorum redar-
 gutione. **I**bi **Q**uid hic statis tota die otiosi. **T**ercio divine retributionis
 magnificentia declarat in denariorum collatione. **I**bi **C**um autem sero factum
 esset dixit dominus vinee. **V**o. op. et red. **1. mer.** **Q**uarto fraternae felicitatis
 invidiam subinfert in operum murmuratione. **I**bi **E**t accipientes
 murmurabant aduocantem. **M**atth. no. v. ho. se. 2c. **Q**uinto presumptis
 audacia reprehendit et desperationis deiectionem subleuat in pabole adapta-
 tione. **I**bi **S**ic erunt primi nouissimi. et non primi. **M**ulti sunt vo. pau. ve.
 electi. **P**rimum ergo sub quadam similitudine divine bonitatis magni-
 tudo demonstrat in operum aduocatione. **E**t hoc est quod dicitur. **S**imile est
 regnum celorum. **S**imile est negocium ecclesie militantis huic negotio quod fuit vel esse
 potuit. **L**itera plana est. **E**t quia hec est quedam similitudo ideo est et
 mystica
 expositio requirenda. **H**ic ergo patrifamilias est deus pater cuius celum et ter-
 ra vna domus est ut dicitur. **C**hristo qui habet tres familias. angelorum et
 sanctos in celo qui letant homines in mundo qui pliantur deo et ecclesia mili-
 tans vocat et demones et damnatos in inferno qui tormentantur. **H**ic
 deus pater plantauit vineam et operarios conduxit ut fideliter laborantes
 in ea ad celestem familiam transferant felicitatis eterne denarium rece-
 pturi. **V**bi nota quod per hanc vineam duo significati possunt que congrue
 cum hac similitudine currunt. **P**rimum per hanc vineam ecclesia militans